

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258 - 10263

De S. Seruatio episcopo Tungrensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

Eius aurem mater cùm properans ad eum locum venisset, qui Zorolus dicebatur, Cap. 24.
querens à militibus Tyberianis: Vbinam, inquit, est filius meus? Tum illi vnum è militibus respondit: Sententia hodiè filio tuo decreta est in loco quodam, qui appellatur Drizipera: distat autē hinc locus ille (ut opinor) ferè decem & octo miliaribus. Cùm igitur mater p̄em ita se labere didicisset, publicam viam ingressa, venit in eum locum, qui Drizipera nōn habatur. Dum verò iter faceret ac lamentaretur, & tanquam bos aliqua proprium vitulum quārens, ingemiseret, occurrit militibus. Illi enim cùm sancti Martyris caput abscidissent, eius corpus in fluvium proiecerant. Diuina verò prouidentia factum est, ut quatuor canes in fluvium illum venirent, & Illustrē mi-
sancti Martyris corpus inuentum, è fluvio extraherent, suisque linguis illud lamben-
tes, ac propē sedentes custodirent. Ut autem beati Alexandri mater duobus millia-
ribus prope locum illum venisset, in quo Martyris corpus situm erat, duo illi canes
accurrentes, ipsi obuiām venerunt, & vterque, vnum à dextera parte, alter à sinistra,
mulierem ipsam ad eius filium rectā deduxerunt. Illa verò sancti Martyris corpus ac-
cepit, & vnguentis multis ac preciosis linteis inuolutū, depositū in monumento quo-
dam insigni vltra fluvium Erginam, occidentem solem versū, quemadmodū Spiri-
tui sancto visum fuit. Postea verò, quām Spiritum sanctum adiutorem habēs, omnia,
quā cupiebat, expleuit, Domini nostri Iesu Christi præstante gratia, Angeli multi vna
cum ea psalmos caneabant.

Magna verò quādam miracula beatus martyr Alexander edens, adiuuat eos, qui Cap. 25.
vexantur, & his, qui diuturnis morbis affliguntur, curationem afferit, Christi ope auxili-
ante, cuius ipse particeps factus est. Martyrium autem compleuit sanctus Alexander
xiiij. die Mensis Maij, sub Tyberiano illo homine valde impio, imperante Maximiano,
iniquo & impio tyranno, in nobis autem regnante Domino nostro Iesu Christo Sal-
uator: Cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Apparuit autem sanctus Alexander, completis rebus omnibus, matri suā, eiōque di- Cap. 26.
xit: Benē, mater, laborāti, & per totam viam defatigata es, vt proprium filium sequ-
retis. Det tibi Dominus meus Iesu Christus in Regno suo, vt tecum vna mercedem
habeas. Ne igitur miserore officiaris: sed pueros tuos tecum habens, cum pace redeas
in locum tuum: spero enim à Domino frēo Iesu Christo me imperatrurum esse, vt ci-
tō te quoque assūmat in eum locū, in quo ego sum. Hæc cùm beata illa Pœmenia au-
diuisset, & Dei gloriam celebrās ipsi gratias egisset, vna cum pueris suis lēta reuersa est,
persuasum illud habens, quōd beatum Alexandrum Domino nostro Iesu Christo ma- Nota de re-
gnū donum obtulisset. Magna igitur gratia eo in loco inest, vbi reposita sunt sancti
& gloriōsi Martyris preciosae reliquiae, in gloriam & laudem Christi Dei nostri: quoni- liquijs san-
am ipsi gloria est in secula seculorum, Amen.

DE S. SERVATIO TVNGRORVM EPISCOPO, EX GREGORII TVRONENSIS HISTORIA

Francorum: Lib. 2. cap. 4. 5. 6.

MULTAE hæreses eo tempore Dei Ecclesiās impugnabāt, 11. Maij.
de quibus plerunque vltio diuina data est. Nam & Atha- Cap. 4.
naricus Gotthorum rex magnam excitauit persecutio- Hæreses di-
nem: qui multos Christianorum diuersis pœnis affectos,
gladio detruncabat. Vnde factum est, vt exigente iudicio
Dei, propter effusum iustorum sanguinem, regno depel- uinitus pu-
lērebet, & esset exul à patria, qui Dei Ecclesiās impugna- liquij sanc-
bat. Sed ad superiora redeamus.

Igitur rumor erat, Hunnos in Gallias velle prorumpere. Cap. 5.
Erat tunc temporis in Tungris oppido Seruatus, eximia
sanctitatis Episcopus, qui vigilijs ac ieunijs vacans, crebro
lachrymarum imbre perfusus, Dei misericordiam deprecabatur, ne vñquam gentem
hanc incredulam, sequi semper indignam, in Gallias venire permitteret. Sed senti-
ens per spiritum sanctum, pro delictis populi hoc sibi non fuisse concessum, consi-
lium habuit petendi urbem Romam, scilicet vt adiunctis sibi Apostolicæ virtutis
patrocinij, quæ humiliter à Deo flagitabat, facilius obtainere mereretur. Accedens S. Seruatus
ergo ad beati Petri Apostoli tumulum, deprecabatur auxilium bonitatis eius, in mul- Roma inuo-
cat S. Petru.

B b 3 ta absti-

ta abstinentia, maxima inedia se consumens; ita vt biduo triduoque sine vlo cibo & potu permanerer, nec esset interuallum aliquod, in quo ab oratione cessaret,

S.Petrus ei
apparet.
Cumque ibidem per multorum dierum spatia in tali afflictione moraretur, fuitur
hoc a beato Petro Apostolo accepisse responsum; Quid me vir sanctissime inquietas?
Ecce enim apud Domini deliberationem prorsus sanctum est, Hunnos in Gallias aduenire, easque maxima tempestate debere populari. Nunc igitur sume consilium meum, accelerata velociter, ordina domum tuam, sepulturam compone, require linneamina munda. Ecce enim migrabis a corpore, nec videbunt oculi tui mala, quae facturi sunt Hunni in Galliis, sicut locutus est Dominus Deus noster.

Hoc a sancto Apostolo pontifex responso suscepito, iter accelerat; Galliasque velociter repetit: vieniensque ad urbem Tungrorum, quae erant necessaria sepultura, secum citius leuat, valeque dicens clericis ac reliquis cinibus vrbis, denunciat cum fletu & lamentatione, quia non visuri essent ultra faciem illius. At illi cum eiulatu magno & lachrymis prosequentes, supplicabant humili prece, dicentes: Ne derelinquas nos, pater sancte, ne obliuiscaris nostrâ pastor bone. Sed cum cum fletibus reuocare non possent, accepta benedictione cum osculis, redierunt. Hic vero ad Traiectensem urbem accedens, modica pulsatus febre, recessit a corpore, ablutusque a fidelibus, iuxta ipsum aggerem publicum est sepultus. Cuius beatum corpus qualiter post multorum temporum spatia sit translatum, in libro miraculorum scripsimus. (nempe de Confessorum gloria, cap. 72.)

Apud Traie-
ctum mori-
tur.
Metis valfa-
tura ab Hun-
nis &c.
Cap. 6.
Igitur Hunni, à Pannonijs egressi, vt quidam ferunt, in ipsa sancti Paschæ vigilia ad Metensem urbem omnia depopulando perueniunt, tradentes urbem incendio, populum in ore gladij trucidantes, ipsosque sacerdotes Domini ante sacrosancta altaria perimentes. Nec mansit in ea locus inustus, præter oratorium B. Stephani primi martyris ac Leuitæ. De quo oratorio quæ à quibusdam audiui, narrare non differo. Aliunt enim, quia priusquam hi hostes venirent, vidisse se virum fidelem in visu quasi conseruentem cum sanctis Apostolis Petro ac Paulo beatum Leuitam Stephanum de hoc excidio, ac dicentes: Oro domini mei, vt non permittratis obtentum vestro Metensem urbem ab inimicis exuri? quia locus est, in quo paruitatis meæ pignora continentur? sed potius sentiant populi aliquid me posse cum Domino. Quod si tantum facinus populi supercrevit, vt aliud fieri non possit, nisi ciuitas tradatur incendio, saltem vel hoc oratorium non cremetur. Cui illi aiunt: Wade in pace, dilectissime frater! oratorium tantum tuum carebit incendio, pro urbe vero non obtinebimus, quia Dominicæ sanctionis sententia super eam iam processit. Inualuit enim peccatum populi, & clamor malitia eorum ascendit coram Deo. Ideo ciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde procul dubio creditur, quia horum obtentu, urbe vastata, oratorium permanuit illæsum. Haec tenus ex Gregorio Turonensi: cuius quidem ea, quæ de Metensi urbe habet, idcirco hic adscriptissimus, quod pertineant ad eam revelationem, quæ Roma facta est beatissimo Seruatio de Galliarum excidio. Iam quadam subiectiem ex eiusdem Gregorij Turonensis libro, quem de Confessorum gloria scripsit, cuius capite 72. hæc continentur.

Seruatus vero Tungrensis Episcopus tempore Hunnorum, cum ad irrumpendas prorumperent Gallias, suisse memoratur, qui & sepultus refertur iuxta ipsum pontem aggeris publici, circa cuius sepulcrum quanuus nix defluxisset, nunquam tamen marmor, quod superpositum erat, humectabat, & cum loca illa nimis frigoris gelu ligentur, & nix usque in trium & quatuor pedum crassitudinem terram operia, tumulum villatenus non attingit. Datur enim intelligi, veru Israëlitum hunc esse. Nam illi inter muros aquarum, aqua non erant perniciei, sed saluti, & circa iusti huius tumulum nix decidens, non humoris causa est, sed honoris. Videasque in circuitu montes niueos eleuari, nec tamen attingere terminum monumenti. Et non miramur, si terra operiatur niue, sed admiramur, quod attingere ausa non est locu beati sepulcri. Plerunque etiam deuotio studiumque fidelium oratorium construebat de tabulis lignis levigatisque, sed protinus aut rapiebantur a vento, aut sponte rubeant. Et credo idcirco ista facta esse, donec veniret, qui digna edificaret fabricam in honore antistitis gloriose. Procedente Monulphus episcopus, vero tempore adueniens in hanc urbe Monulphus episcopus, templum magnum in eius honoris construxit, composuit ornauitque, in quod multo studio & veneratione translatum corpus, magnis virtutibus pollet. Hæc Gregorius Turonensis, antiquus & gravis author. Preclarè aut Seruatij Tungrorum episcopi meminit etiam Seuerus Sulpitius Historia

DE S. IOHANNE EPISCOPO SILENTIARIO.

295

Historia sacra libro 2^o Seruationem eum vocans. Meminit etiam eius Athanasius in Apologia ad Constantium ad quae loca lectorem remittimus. Quæ autem in Chronicis suis de eodem annotauit Siebertus monachus ea huic adscribemus.

Seruatius decimus Tungrensis Episcopus, Domini nostri Iesu Christi consanguineus, non solum ex eo, quo voluntatem Dei patris faciebat, sed etiam secundum car- Ad annum Christi 399.
nem. Qui hatus quidem à Perside, filius fuit Eminin, cuius pater fuit Eliud frater Elizabeth, quæ peperit Iohannem Baptistam. Mater vero Eliud & Elizabeth Esmeria, soror fuit Anna, quæ genuit Mariam matrem Domini. Et rursum: —

Attila Hunnorum rex, Vualameris Ostrogothorum regis & Ardarici Gepidarum regis & multarum Aquilonarium gentium sibi subiectarum auxilio fultus, à Pannonijs egressus, Occidentale imperium inuidit cum quingentis millibus armatorum. Et primò per totas Gallias per eos tanta effurbuit Dei indignatio, ut nullam omnino ciuitatem, castellum vel oppidum aliqua à furore eorum potuerit tutari munitio. Et Hunni post pauca Hoc excidium Gallijs impendere Seruatius Tungrensis longè ante in spi- stant Gal- ritu præuiderauit, & Romæ à Petro Apostolo hoc iudicium Dei ineuitabile fore didic- rat. Ideoque relicta Tungrensi vrbe, quæ cuertenda erat, ad Traiectum sedem Episco- palem transposuit.

VITA SANCTI JOHANNIS EPISCOPI SILEN-

TIARII LAVRAE ABBATIS SABAE, EX SIMEONE ME-

taphraoste. Scripta est autem à Cyrillo monacho eius æquali, qui etiam Sabæ

Abbatis vitam conscripsit. Stylum autem fortassis Meta-
phrastes expoliuit.

RIMVM mihi propono dicendum de Iohanne Abbate ^{13. Maij.} Laura, beati Sabæ Silentiariorum, ut qui & tempore & vita ^{Cap. 1.} splendore omnes alios antecedat. Hic ergo illuminatus pater noster Iohannes, ducit quidem originem ex Nicopoli, quæ est in Armenia, natus ex parentibus, qui nomina- ^{Eius patria.} bantur Encratius & Euphemia. Erant autem insignes opibus & claritate generis, multosque præclarè magistratus gesserant, ducesque fuerant exercitus, & populi rectores, & in aula regia magna habuerant potentiam. Quorum res plurimas pulcherrimæ gestas Byzantini narrant & Armeni, quas quidem lubens prateribo, ne à procœmio afferam sa- tiatem: illa sola de eo narrans, quæ sunt propemodùm nota omnibus, qui illum nouère.

Natus est itaque, vt ipse mihi narrauit, octavo mensis Ianuarij, septima indictione, ^{Cap. 2.} quarto anno Imperij pīj ac religiosi Martiani. Cumque essent Christiani, qui eum ge- nuerant, fuit Christianus cum suis fratribus edicatus. Cū autem præterisset aliquan- tum temporis, & essent consummati in Christo eius parētes, & diuisæ essent parentum facultates, hic vir diuinus Deo seipsum consecravit, & ædificauit in ipsa Nicopoli ec- clesiastem semper laudandam & semper virginis Marie, & huius vitæ rebus renunciavit, ^{Fit mona- chus, anno 18. ætatis} octauodecimo anno suæ ætatis. Assumptisque decem fratribus, qui volebant esse scilicet ^{18. ætatis} illuc construxit cœnobium. Toto autem tempore suæ iuuentutis multum posuit ^{fux.} studij, vt ventri imperaret, & superbiā contemneret. Ut qui sciret quod ventris quidem satietas nesciat vigilare, neq; esse temperans, & quiete minimè patiatur superbiam. Abs que vigilijs autem, castitate & humilitate nihil potest rectè gerere exercitatio. Sic ipse quidem in iuuenili ætate contendebat, vt mentem seruaret minime sublimem, & sermo- nem nulli reprehensioni affinem, vt qui diuino esset sale conditus. Eos autem, qui erant ei subiecti, verbo & opere componebat, ac formabat ad se rectè gerendum in exercitati- one: neque eos onerans iugo regulæ, vt qui recenter compacti fuerant: nec permit- tens, vt manerent oculos, & se nullo labore exercearent: sed eos paulatim dicens, & di- uinis fluentiis irrigans, effecit vt fructus producerent pro dignitate sua vocationis.

Cū autem intrasset trigesimus octauus annus suæ ætatis, quæ in eo resplendebat, ^{Cap. 3.} Sebasteianus à bona eius fama commotus, & à ciuitatis, quæ dicitur Co- lonia, habitatoribus rogatus, cū eum tanquam ad rem aliam accessuisset, vt qui Ordinatur ecclesiasticorum graduum iam omnem peruersisset consequentiam, ordinat Episco- ^{Episcopus.} pum,